

Ursa, panthera et agnus

The story of a she-bear, a panther and a lamb shows that arrogant and greedy people are silly and envious.

Pavidum agnum ursa et panthēra in vastō campō vīdērunt. Exclāmāvit ursa: “Meus est: prīma enim agnum vīdī.” Respōndit panthēra: “Ego quoque praedam vīdī et meam dūcō: aut agnum relinquis aut mēcum pugnās.” Sociī enim nōn erant panthera et ursa: ergō propter beluārum superbiam et avāritiam aspera pugna gignebātur. Interdum callidus agnus magnā prudentiā iam in densā silvā refugium invēnit. Itaque nec ursa nec panthera praedam iam vidēre poterant. Tum ferae stultitiā ac invidiā praedam āmisērunt et multīs lacrimīs dīxērunt: “Stolidae erāmus: pavidus agnus, praeda nostra, salvus est, nōs autem miserae plāgīs asperīs atque cibī penuriā dolēmus.”